

S. P. Reverende et Amplissime vir Vetus et magni
 Fautor, Gratum simul et gravem nuntium literae tuae multo ju:
 cundissima mihi attulerunt. Gratum, partim ob honesta Pro:
 cerum vestrorum de me iudicia, et illius in primis viri, quem no:
 minas, quemq; ego propter virtutem et merita de summa republica
 propterq; honores virtute ac mentis partos summos & maximos, iam:
 dudum observantissime colo, partim ob spem tuam votumq; non mi:
 nus semper mihi desiderabile, ut rursus eodem municipio censeamur,
 qualem me videri ἀνατεδραμμένον παρὰ τοὺς πόδας οὐ quod
 ego pia grataq; memoria recolam, dum vivam. Gravem vero, ob
 duplicem pudorem meum, iustissime metuentis, primo ut expe:
 ctationem tantam experimenta mea non destituant, deinde ut
 satis habeam causae constantiq; hominibus, qui h2 annos tam
 benigne me habuerunt, renuntiandi. Equidem semper optavi
 et laboravi, ut vox et calamus & opera, deniq; diēs noctesq; mea
 proderent quamplurimis, & ut illa duo, si non τὰ λαντα, certe λε:
 πτά, quae commisit mihi Dominus, alterum tantum fructuum et me:
 cedis referrent. Tunc quoq; intellego, ubi ὁ περιθμοὺς πολὺς,
 ibi & necessarium magis & illustriorem τῶν ἐγχείων sudorem
 et fatigationem esse. Sed huic cogitationi nunquam indulsī tan:

tum, ut id velamentum facerem ambitioni meae, ut currerem

ἀκλητος οὐδ' ὑπ' ἀγέλων κληθῆς - οὐδέ τοι κλέων

ἐάλητος: ut me praeteret loci ordinis mei, et maiora sorte me

captarem, atq; in principis militare caperem, quam vix in rotariis

adhafissem delectis summi imperatoris vita mortalium. Hunc

igitur, non nunc primum iubentem me ἐξελθῆν ἐκ τῆς πόλεως
magis anxius (ipsum testor) quam

με καὶ ἐκ τῆς συστέρησός με, nunc quoq; expectabo huius

totum negotium commendo: hunc veneror, det ei exitus sui

Nomini amplos, Vobisq; siue per me, siue sine me, et mihi, siue

vobiscum, siue inferiore loco, salubres et iucundos: te quoq; cum

ma matrona tua et omni domo quam diutissime salvos et inuoluitos con-

seruet. Rev. D. Dilectior gratissimam habet salutationem tuam, sed

dixit expectaturum commodo tuo, quae pollicentis. Vale vir summe

Daventria videtur Aprilis Gregorianis MDCLVIII.

Referenda ad Epistolam 51. antea editam.

rem

καὶ νῦν

for te me,

rotation

Hum

τῆς γῆς

can my father

or this

exitus per

...hi su

logs cum gl

Armes en

ream for

ir summe

Reverendo et Summo Viri
D. Johanni Coccejo SS. Theolo:
giae Doctori et Professori laudat:
tissimo in Academia Leidenfi, Do:
mino et Fautori plurimum observando
post van Amsterdam.

Leydama